Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Hec dicit dñs deus Effundã de spũ meo sup omnem carnẽ: et prophetabunt filij vri et filie vre: et senes uri somnia somniabunt: et iuuenes uri uisiones uidebunt Sed et sup seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spũ meo: et dabo prodigia in celo et in terra: sanguinem et ignẽ et uaporem fumi: Sol conuertetur in tenebras: et luna in sanguinem: antequã ueniat dies dñi magnus et horribilis Et erit: omnis quicũq; inuocauerit nomẽ dñi saluus erit Alla ℣ Emitte spũ tuũ et creabunt: et renouabis faciem terre ORD. Ello nos igne qs dñe spus sanctus inflamet: quẽ dñs noster iesus xps misit in terrã: et uoluit uehementer accendi Deinde Secunda Diebus illis Locutus est dñs ad moysen dicens Loqre filijs israel: et dices ad eos Cũ ingressi fueritis terrã quam ego dabo uobis et messueritis segetem: feretis manipulos spicarũ primicias messis ure ad sacerdotẽ Qui eleuabit fasciculũ coram dño: ut acceptabilis sit pro uobis altero die sabbati: et sanctificabit illũ Numerabitis ergo a die illo in quo obtuliste manipulos primicarũ septem ebdomadas plenas usq; ad alteram diẽ expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificium nouum dño ex omnibus habitaculis uris panes primicarũ duos ex duabus decimis similae quos eleuabit sacerdos coram dño Et uocabitis hunc diem celeberrimum atq; sanctissimũ: omne opus seruile non facietis in eo Legitimũ sempiternũ erit in cunctis habitaculis uestris Dicit dñs omps Alla ℣ Spus dñi replebit orbem terrarũ et hoc quod continet omnia scientiam habet uocis Collecta Deus qui ad animarũ medelam